Ms 731
NARODNA IN UNIVERZITETNA KNJIŽNICA
LJUBLJANA
Št. 7, c.

J. Jurčič

Quomodo senatus regi Pyrrho, qui ei pacem faciendam obtulit, responderit.

Quamquam Pyrrhus Romanos in acri pugna vicerat et plurimas civitates Italiae inferioris ad decessionem moverat, tamen bellum feliciter inceptum remittere pacemque cum Romanis ~~f~~ componere cupiebat, sive quod virtutem hostium adeo cognoverat, ut spem vincendi eos (in) futuro tempore omitteret, sive quod tanta admiratione Romanorum animus ejus erat affectus, ut eos ab hoc tempore amicos mallet quam hostes habere. Igitur ~~a~~ sua sponte Romanis pacem offerre consilium cepit et ad eam pangendam interprete Cinea, qui maximus et optimus illius aetatis oratorum ~~esse~~ habebatur, usus est. ~~Is~~ Qui in senatum admissus dixit: Pyrrhum pacem et amicitiam cum Romanis habere cupere, postulare autem primum ut Tarentinis ignosceretur et aliis graecis civitatibus in inferiori Italia libertas daretur, tum, ut quatuor cum Tarento foederatis gentibus omnia a Romanis iis direpta restituerentur; — regem autem invicem esse paratum omnes

Romanorum captivos sine resolutione liberos domum re-
mittere. Multa adhuc addidit, ut patres edoceret, quanta com-
moda ~~et ho~~ illud ~~cum~~ a Epiri rege oblatum foedus
(pro Romanis) haberet, et quot boni a illo nobilis inge-
nii viro exspectare possent. Et (certe) plurimis sena-
toribus haec pax tam apto tempore oblata esse ~~vi-~~
~~de~~ et ~~et~~ praepositae conditiones tam bonae videbantur, ut multi
eorum consilium belli assidue acriterque gerendi remitterent.
~~mora~~
Ita factum est, ut deliberationes ac consilia plures dies
~~tenebant~~ tenerent, et tamen ~~nullum~~ certus consultus
non caperetur. Senatum esse incertum audivit Appius
Claudius, senator jam vetus, qui ~~propter~~ claudus et
caecus jam plures annos) in senatus consiliis non
adfuerat. In sella ~~ferret~~ adlatus ~~est~~ in curiam
increpuit patres ~~in~~ vehementissimis verbis, ~~dicens, eos~~ quod
~~esse~~ nimis commodorum memores tam diu in ~~ta~~
dubio esse de consultibus suis et non statim consi-
lium esse captos, quod nomine atque honore roma-
no esset dignum. Nam ad illud tempus, dixit, Roma-
nos pacem non composuisse, nisi quam victores

victis ~~qu~~ imperare potuissent. Itaque primum esse Pyrrhum vincendum et ex (patria) terra propellendum, tum demum licere disserere de pace facienda. Hoc viro instante et consulente Cineas tum jussus est, sine mora ex urbem ~~relinquere~~ decedere, et regi Pyrrho nuntium adfferre: senatum Romanum non ~~prius~~ de pace facienda cum eo disserturum esse, ~~quam~~ priusquam cum omnibus copiis suis ~~Italiam~~ Italiam reliquisset. Quod responsum in Pyrrho tantam admirationem excitavit, ut Cineam interrogaret, quid de senatu et quid de urbe ei videretur. Ad hoc ~~ille ei~~ hic notum ille verbum respondit: Urbem ut magnum templum, senatus ut magnum consilium regum sibi visum esse.

11 4/5 8 M. Genet. [illegible]

Nafsl

NARODNA IN UNIVERZITETNA KNJIŽNICA LJUBLJANA